

1875

C O D I C E S

1876

*Fol. 99.* sequuntur ejusdem rationis, sed breviores *Sermones* in totius *Anni Dominicas* initio capto a *Dominica I. in aduentu domini*, quod sic habet: *Cum appropinquaret dominus ierusalem. Matth. XXI. Quinque notantur circa aduentum domini in carne. Primo causa motiua ad incarnandum. seu misericordia eius &c.* Sub finem additur *Adumbratio Sermoneis* de vera *Sapientia*, usui fortasse futura in *Festo SS. Benedicti et Bernhardi*, quorum nomina memorantur. Nullus dubito, hanc quoque *Congeriem* pertinere ad *Sibotonem*, cujus alii duo *Tractatus* ignoti hoc pariter *Vol.* indicantur. *Bibliothecarii O. P.* qui *T. I. p. 475.* solum ejus *Tractatum in Orationem Dominicam* prodiderunt, addunt: *Utinam Viennenses nostri quid certius aliquando prodant. Et en, si non nostri, saltem Viennenses, et si non certius, saltem plus.*

DCCLXXXII.

R. 3123 Codex membraneus germ. lat. Sec. XIV. Folior. 86. 4. primum lineis longis, dein per duas columnas exaratus, nitidus, rubro distinctus, et olim *Monasterii Sancte Dorothee virginis in wienna* inscribitur: *Incipit Jacobinus de tempore*, Operisque hujus *Indicem* alphabeticum praefixum habet. Verum inter hunc et *Opus ipsum* intercedit *Expositio germanica Decalogi* in hunc modum: *Die zehen geboth die got selber gab*

*moysi geschriben mit gotes vingern an zwain staynen taueln die scholt du merchen an disem brief. Das erst gebot ist das. Non habebis deos alienos coram me. du scholt nicht haben vremd gotther newen mier. daz ist als vil gesprochen. du scholt chaynen andern got haben dan mich. chainen got anbeten den mich. an chainen andern got gelouben den an mich. chain dimch liber haben den mich. chain vnrechten gelauben haben von mir. Wider das gebot sunden (peccant) subenlay leut. &c.* Ita ad quodvis *Praeceptum* recensentur *septem Modi*, quibus illud violari potest, et demum concluditur: *Alle dis rede von den czeben geboten als si geschriben sint hat bruder iohannes von der ygla gelesen vnd erlaubt (collegit, Klauben) auf der hailigen schrift vnd hi czu einander bracht. Nescio, cui Sodalitio Fratrem hunc Johannem de Iglavia, seu Ericino Moraviae contribuam*

*Fol. mox 6.* sequitur dictus *Jacobinus*, seu *Paradigmata Sermonum* in *Epistolas* et *Evangelia* de *Tempore* ab *Adventu* usque ad *Dom. XV. post Pentec.* ita tamen, ut praecedat *Materia De gaudijs celorum*; hoc initio: *Celorum gaudia sub epilogo numeremus. non quidem singula generum. sed genera singulorum &c.* *Jacobinum* *Scriptorem* homileticum nemo meorum prodit. Quid si, quae coram habemus, *Paradigmata* et *Sermonibus Jacobi de Voragine* carpta sint, et ideo *Jacobinus*, velut

1877

H M I L E T I C I.

1878

velut parvus *Jacobus*, dicta, quem admodum etiam *Hieronymianum*, *Bernbardinum* &c. habemus? Et sunt quae in collatione *Jacobi* esse deprehendi. Ad calcem legas: *Wer got traut, by bol* (wie wohl) *er paut. Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. Ach neczaste bydemy<sup>o</sup> zen<sup>o</sup> mny<sup>o</sup> muczyz.* Quasi dicas: *Ab infelices erimus, o Mulier multorum virorum.* An procorum, an maritorum?

DCCLXXXIII.

U. 710 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. et XV. Folior. 275. f. per duas columnas non una manu exaratus, et rubricis distinctus sequentia complectitur: I. *Incipit contractus de sanctis per circulum anni et primo de sancto Andrea.* Bis retuli hos Sermones *Vol. I. P. I. col. 1196. et P. 3. col. 2679.* Illic igitur remitto. Hic ad calcem habetur: *Explicit — per manus Stephani de Pribus (Silesiae) tunc temporis campanator in Eczkestorff. Finitus est Contractus ille Anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup> Nonagesimo Septimo In die divisionis apostolorum etc. Hilf got. Maria berot.* Id est: Confule, adsisite!

II. fol. 88. *Compendium, ut e calce petendum, moralitatum conscriptum a Venerabili magistro Jacobo de Iusanna.* Initium: *Abicit mundus pauperes et honorat divites. Nota. Augustinus dicit. Coruus est istius nature quod pullos suos quam diu non habent plumis abicit &c.* Postilla in plures Libros Biblicos composuisse hunc

*Denis Codd. Theol. V. II. P. III.*

D. *Dominici* Sodalem dixi jam alibi hoc *Vol. et Moralitates* ex iis excerptas retuli. En hic alium *Spicilegium*, qui non ordinem Librorum sequatur, sed Alphabetum. Ita habes *Abicere, Abire, Abstinencia, Abominabilis, Abscondere, Absoluens, Absorbere* &c. usque ad *Ypocritam*. Multus est et *Spicilegus* noster, et *Jacobus* ipse in cumulandis Similitudinibus ex *Historia naturali* petitis, quibus tamen haud magnus in sacris dictionibus fructus unquam respondit. De Autore saepius his *Commentariis* diximus.

III. fol. 151. *Sermones IX. de Communi SS. quorum I. de Apostolo: Nimis honorati sunt &c. Nullus rex sapiens dat dignitates uel honores inimico suo &c. Ultimus de B. Maria: Que est ista que ascendit &c. Sancti patres et prophete prenoscentes.* Autor non memoratur.

IV. fol. 159. praeviis omnium III. *Librorum Elenchis* sequuntur *Isidori Hispal. Sententiae*, alias *de summo Bono*, qui Titulus obtinuit a primis C. I. verbis: *Summum Bonum Deus est &c.* Sed in praesenti Exemplo ceterum integro solum hoc C. I. deest, ut adeo ordiatur a 2. *Non ideo celum et terram implet deus &c.* Saepius jam a nobis relatum est praeclarum hoc *Isidori* Scriptum, in cuius L. III. c. 3 ad finem fol. 185. p. 2. laborem interrumpit nugax Librarius exclamando: *Ich mus aufhören. Es ist nyn ur, da mich hungert.* famelicus, ut videtur, ad clepsydrum. Mox tamen labo-